

361.

Digressio Innocua, ac neces-

Saxia. Prima
Annotationes

Effantibus aliquamdiu varias ob Causas Congres-
sibus Consistorialibus; potissimum vero ex ea
ratione, quod propter immutatam Economi-
cam administrationem, eamque a Senatu oppi-
dano ad Illustrissimum Dñum Terrestrem re-
deuntem, nostratum hominum animi non le-
viter sunt contristati; Hinc enim oppido nostro
imprimis Magistratui oppidano varie molestie
enatae sunt, Urbis oneroso satis institutis,
Servitiis ac laboribus in usum Domini profan-
dis auctis, et cassa publica penitus defici-
ente. His inquam ita ordinatis hominum
nostrorum animi in cepto laudabili opere
remissiores facti, Consistoria jam ab ali-
quo tempore silent; cum tamen (quod
fateendum est) res Ecclesie nostrae tam
salutaris, inattentis istiusmodi extrinsecis
difficultatibus, profegui omnino ac continuari
debuisset, ad Dei gloriam, et Ecclesie utilitatem.

Ne igitur Liber hic Chartaceus, Consignandis
Ecclesie nostrae rebus comparatus ac de-
stinatus, a tincis blattisque invadatur,
neve ipse pagina vacua manere debe-
ant: ego, quia Consistorii designatus
Notarius, mearum partium esse duxi,
huic libro inscribere res quasdam memo-
rabiles, olim adhuc Ecclesie huic profu-
turas, ut pote ex quibus multa de sta-

tu antiquo oppido nostri pernosci possunt. iudicium
 enim inexcusabilem esse ignaviam, tam in civili
 quam Ecclesiastico statu, si acta talia in rem
 prosperitatis facientia, ~~ita~~ intercidere memo-
 riaque deleri permittantur. Certe oppidum
 nostrum, ipsis hominibus nostris fatentibus lon-
 ge feliciori forte nunc gauderet, si Veteres
 Incole, cum primis Senatores, vel in experendis
 extrahendisque ab antecedentibus Dominis
 Terrestribus, Fidelitatis sue suorumque
 + testimoniis fuissent solertiores, vel in illis
 quo actu ipso hinc inde impetrarent confes-
 vandis diligentiores. Sed quod maxime ex-
 dolendum est, pauca vel fere nulla supersunt
 oppido nostro hujus generis instrumenta:
 plerisque vel situ et squalore oblitteratis,
 vel quocumque demum modo ob summam
 populi huius simplicitatem et Antiqui Ma-
 gistratus incuriam pereuntibus. Huius
 generis euditari et Summo imperitio exem-
 plo esse potest factum Dni Francisci De'ak,
 aliquot vicibus hoc oppido Iudicis, qui Diploma
 + Regium ac Domini terrestris, quo Eximii
 nostri Orationum, eiusdemque deinde sicutura
 Structura benigne indulta ac permissa fuerat,
 in loculum aliquem parietis Templi, lateribus
 clausum tanquam in tutum conservatorium re-
 condidit, et quidem sine solidioris mœris cistu-
 la, aliquali solummodo papiraceo involucre con-
 tectum. Quod Diploma post aliquot annos

33.

prudenter forte alicuius consilio, et ut opinor verosimili-
ter, Dni Stephani Regledi^{cum} e dicto loculo extrahere-
tur, magna sui parte mucore obductum et putrefa-
ctum est deprehensum, cum nunquam satis deplorabi-
li damno Ecclesie huius Vaserhelpiensis, et iactura
irreparabili.

Ut iam quod intendo, uberius exponam e re esse du-
xi fideliter adnotare funestissimum illum casum, qui
Anno 1753. in hoc oppido contigit. Rei brevis
historia ista est: Erat hic civis quidam profligato
malitio, de nomine Franciscus Petö. hic
cum nom. nomino Törö acola Thuriensi, homine
pecunioso, clanculum conspirabat et seditionem
nefandam contra Regiam Majestatem excitare
ausu plusquam diabolico moliebatur. Prouti e-
ventus docuit, ita inter duo Mali capita, scilicet vi-
ros vel nefarios illos confusus erat, ut Petö
hic et in locis vicinis, Törö autem in Thur-
et adiacentibus pagis factiosos conscriberent.
Hujas Petö, credibile ex composito prior rem ince-
pit, et ut animis preconceptas perniciosas dispositi-
ones eo feliciter (i. ad mentem suam) prosequi, et in
effectum deducere valeat: adhuc Anno proceden-
ti 1752 cum quinque aut sex juvenibus ad suas
partes pertractis, Nandor Albam vix Belgradum
profertus est, ut dolus lateat, acceptis litteris
quoque salvi Comitatus, sive passualibus. Fingebat
quippe se procorum emendationum causa velle pro-
ficisci in vicinum Banatum. Intentio erat, cum
Bassa tucico Belgradensi de summa rei delibe-
randi. Ibi quid acrum fuerit nos latet. Illud sal-
tem certum est, nefarios homines armis ac consiliis

924
Turcarum (si es pro voto successisset) fuisse usuros. Ve-
rum eventus eludit solidorum subtilissimam opinionem.

Reversis ex suo itinere Banali ut credi volebant
pejoribus hominibus; suspicio nata est in quorundam proborum ho-
minum animis, illos sub pretextu negotiationis aliud quidpi-
am celasse. De tam pernicioso illorum conatu nullus vel cogim-
re potuit, sed solummodo ~~opinio~~ ~~suspi~~ opinione ductus prius
magistratus, illos in jus vocavit, examinavitque, quid, ubi-
ve locorum egerint. Illi simplicibus palpum obtulerunt,
se, suumque factum fictis coloribus adrisi excusare,
post perarum examen dimissi sunt.

Profectis ista nefariorum hominum, ex eaque
reversio, et tandem illam consecuta Censura Magistratu-
lis dicti anni mensibus autumnalibus facta erat. In-
secuto autem Vere, jam jam renatis herbis, nequam homi-
nes opportunum tempus adesse rati ad deducenda in effe-
ctum perfidia sua deliberata, in popina quadam clan-
culum convenerunt, prope vel corifeo malorum Fran-
cisco Petö (ut hæc et reliqua omnia illorum facta
posthinc cognita sunt) Petö igitur tribus
quatuorve juvenibus quos jam antea Splendidis pro-
missis in suas partes pertraxerat, plures quoque adfei-
vit, tota que hyeme in id allaboravit, ut in eunte ve-
re cum insigni manipulo prodire valeat. Idem
ejusdem collega, Thuriensis Törö moliebatur, spesque
utrosque ea laetabat, ut Petö heic, Törö suo
loco conscriptis quam plurimis factionum partibus
tandem voto potirentur, et clasticum canerent. Hab-
erant quoque Petö et Thuriensis Törö suas clan-
culum conferentias, et missas acceptasque legatu-
nes, quibus se mutuo de rerum progressibus fac-
rent certiores. Genei quidam, antea Stu-
dus Thuriensis, sed culpa sua Schola ejectus a

bat legatum Thurienſis regem Toro, qui, quadam occaſio-
 ne coram Claſſico Dño Collega Specie Indigi. comparens,
 flagitaret, ut die inſequenti (die, erat Sabbathi) remiſſi
 illi foret hora veſpertina, quæ Claſſicam Collegam ſpectaret
 pro concione dicere. Divino inſtinctu factum, quod
 Viſ Clrmus petitioni huic abnucebat, ſemet ipſe futu-
 rum iſta hora actorem in ſatu ſacro pronuntiarent.

Præſequam vero exumperent, hic illic ſpar-
 ſim vagati ſunt, itinereantium prætexti. Acridique
 ut inter alia loca prope oppidum Halas, minoris Cu-
 mania oppidum, in diverſorio quodam tres quatuorve
 factioſorum iſtorum hijatum comparerent. Ubi cum
 potu vini incaleſcerent, quaſi arcanorum ſuorum
 obliti, peregrinis combibonibus inſtitutum ſuum
 vel ndentes oblaterarunt, credibile, ea intentio-
 ne, ut eos, vel ex iis ſaltem aliquos in ſuam
 ſocietatem adſiſcerent. Id quod prout iſſis
 in condignam perniciem; ita Dño Herpai, Pro-
 pola iſtius diverſorii in maximum Commodum
 vertebat. Quippe, dictus Dñus N.N. Herpai
 verba illorum, iſſis neſcientibus accurate ob-
 ſervabat, et tamquam peſſimi omnis, quanto
 cius ſenatus Halafienſi fideliter referebat.
 Quo factum, ut ab ſenatu Halafienſi, hūc Vā-
 ſarhelyinum nuncius miſſus eſſet, qui refere-
 huius farinae lites ngreros iſthie obercaſſe,
 talia que ac talia verba fuiſſe locutos. Pro-
 inde noſtris Iudicibus incumbere, ut iſtos
 tanquam ſibi proxime ſubjectos in cenſu-

ram adtraherent, examinarentque seruo.
 Functus est illa legatione Dñs Johanna Romaromi,
 perhonestus civis Halafienfis, mihiq[ue] olim in Colle
 gio Debrecimienfi familiaris.

Judices nostri, ut ea intellexerunt, exones
 istos, ut domum redierunt carcere clausos, illine
 dein extractos sollicitè examinarunt; Verum illi,
 objecta ipsis partim profracte negarunt; partim
 vero si qua dixissent, per jocum duntaxat, mo
 re Sympofiacorum se locutos fuisse, neque quid
 quam mali animis suis vel fovere, vel unquam
 fovisse constanter quin indignabundi afferera
 verunt. Nulla omnino malitia sed pura p[er]pura
 simplicitate ducti Judices nostri examinatos nequam
 homines, tanquam nullius ap[er]ti criminis convictos
 (si cum nulli testes adhiberi poterant) liberos di
 miserunt. Quo facto dictus Dñs Romaromi,
 qui censura interfuit, Halafinum unde legatus
 venerat, reversus est, quidve hic actum fuerit, Sena
 tui suo retulit.

Hæc Senatus Halafienfis nostratibus facta
 notificatio, eidem in delegata^{postea} ~~Excella~~ Commissione
 honori ac laudi inferrebat, nostris e contrario
 ignavia accusatis.

Interea Peditiosi, jam absoluteione liber
 ores ac insolentiores facti, nihil non egerunt
 clanculum, quod Voris suis potiendis idoneum
 arbitrati sunt. Itaque mense Majo^{*} dicti Anni
 modis quibusvis tectum hucusque facinus sublept
 propalarunt in hunc modum.

Uno dicti mensis die Dominico per pope
 nas vagati primipili nefariorum, complicibus

(12)

* Enykoru huiusmodi solenni fecit jure 3-ii 4. loci ej[us]d[em]. Lib. d. Lib[er]i d. d. d. in conq[ui]t. n. aliis p[ar]t[ibus] solenti sed i. 1771
 jura q[ui]d d[icitur] halyari solenti in a2 om[ni]a loca d[icitur] in cellanea fasc. 52. no 269.
 Sarrundei m[en]s

Suis, procul dubio ad hoc pretextu computationis evocatis notificarunt, insequenda nocte ut singuli equis armis que qualia nancisci poterant instructi in popina extra oppidum, coemeterio proxima convenirent. Quod ipsum praestiterunt quoque, et viginti quinque vel sex numero ea ipsa nocte taciti confluerunt, indeque ad pasena Vasarhelienfium primum iter direxerunt, eo ut postea cognitum consilio, ut hinc inde ex equorum armentis, ii qui adhuc equis carebant, eosdem sibi rapto adquirerent.

Hoc terribili viginti et aliquot hominibus desuper constante exercitu, stolidissimi juvenes se Domino res orbis futuros rati e medio nostri exuperunt, et acceptis hinc inde equis, trajecto in maxima festinatione fluvio Keyfio, versus Thur profectio- nem inierunt, eo ut creditum postea consilio, ut a Supremo prout censexi volebat Campi Marefallo Toro, mandata de rerum prosequendarum modis ac mediis accipiant.

Itaque mane diei, funestam istam noctem insecuta rumor ad oppidanorum aures perlatus est, majorem longe quam revera fuit reflexionum hominum globum, armis instructum rebelli animo, et seditionem ciendi conatu e medio nostrum exiisse. Quippe non prius a ~~popi-~~ popina suboppidana discesserunt, quam ~~supra~~ et aliis forte illic nocte ista genio suo indulgentibus meditantem suam rebellionem velut tripudiantes effutirent.

Rumor hic probos quoslibet oppidi nostri ci- ves vehementer concussit, et miserandum

in modum adflavit. Simpliissimi, alioqui fideles oppidi nostri Senatores pro nimia rei nefanda consecratione, quasi obtruncant, et quo quanta ve sint in his adversis capessenda consilia, non leviter anxii disquisiverunt. Primum itaque nunciis Derekeg Haram, ubi tunc laboribus suis vacabat Dominalis Inspector, P. Dny Elias Leportzai, commissum istius Seditionum eidem retulerunt. Nihilominus, missis fregedinum literis, Officiales Comitatus de omnibus adducunt. Quae sane cura nostri senatus, eiusdem fidelitatem et Sincerum equi animum non leviter aequabat.

Eo tandem res omnium voto producta est, ut conquisitis in summa festinatione quot quot haberi poterant equitibus, quibus se appropinquatores Comitatus quoque iungebant, itum est ad insectandos Seditiones. Premissi jam ante his fuerant bini exploratores, honorati Cives, D. Samuel Deak et Stephanus Bajnai, quorum illi, minime Sam: Deak hae expeditione lucrosa finem que exitialis exitit. Hi enim cum ubique vestigia premerent factioforum, tandem trans Koy, cum, ascenso prominentiore quodam colle, compererunt rebuloneon colluviem non immo nimum procul inde, in plantie quadam fuisse applicatam.

Samuelis Deak animum non levis inceperat terror, verentis, ne si cum rebellibus congregandum foret, ut legationis fidelitas postulabat, cum illis qui jam efferos gestabant animos cum periculo vite foret ~~decedendum~~ decessendum. Habebat quoque apud se in loculo

aliquot aureos, quos ab ~~obvio~~ quodam homine Vá-
sarkelienfi forte obvio, ne quo pacto rapina cedant
refractariis domum miserat. Incoluntis quidem
et saluus a praesumpto periculo rediit Samuel rofer.
Verum ob metus praecedanei vehementiam, ac-
nomia sanguinis et humorum turbata ad infla-
miam mentis miser prolapsus est. Cognati, culpa
re vel errore, balneis fervidis medelam malo
animo incaute nimis adferre fatagentes,
requinquam profecerunt. Cum enim in tertium
quartumve balneum reluctantem demerge-
rent, superne vero, eadum balnei, vapores
eius cohibendi studio tinteo obduerent,
plus ita valiturnum rati balneum, longe plus
effecerunt nocivum. Spisso enim vapore
ut credi omnino potest, anhelitum repri-
mente, aestu quoque intenso accedente factum
est, ut innoxium virum, brevi post mortu-
um balneo extraherent. Vir fuit pro-
bus, pius, et ex optimis oppidi huius homi-
nibus, mihi quoque addictus, Compater et
familiaris. Hoc erat primum fatale
consequens, cui ortum ac occasionem (ita
more humano loquendo) subministravit
tumultus a dictis regnam hominibus conci-
tatus. (Deák halála anyaróuvidéké esetül 1753. jun. ban történet. Szerembéz).

Inopinata haec mors boni hominis bonis om-
nibus luctuosa fuit; familia infimul damnosissima.
Nam intestato decedens ne id quidem suis sci-
tui dare potuit, ubinam abscondiderit bene

70
numerofam quam poffiderat pecunia vim. quo pacto
familiam, antea opulentam reliquit egentioram.

Cum interea peffimi furtivis homines, Sum-
mo studio ab emiffis hoc fine noffris copiis quare-
rentur; cumque prope oppidulum Turkevi, hinc
inde circumventi et opprefsi comprehendereantur,
primumque Szolnokinum, poft Budam Vinceti
perduerentur: In oppido noffro, Singula fere
ades miferandis ejulatibus miferi ~~capta~~ ^{capta} ~~fuit~~.
Perfacile quippe erat divinare, execrandum iftum
nequam hominum exceffum, toti oppido curas pa-
nasque procreaturum.

Regis mandato, Buda Commiffio infi-
tuta fuit, ~~que~~ e precipuis Regni Proceribus
delegata, que in omnes moti tumultus cir-
cumftantias inquireret, ferret que in reos
Sententiam. His proinde in jus vocatis, ne
que multum tergiverfatis, haud longa mora
omnia arcana detecta sunt. Quod omni-
um maxime nos, omnesque oppidanos in ma-
ximam formidinem precipitavit, hoc ipfum
erat, quod durante Commiffione, fingulis
fere diebus, Veniente Hegedino Petilli:
ac G. Dno Vice Comite cum mandatis Commiffio-
nis, alii atque alii perjurozum Complices,
ipfis procuratoribus indigitantibus comprehenfi,
Budamque perlati effent; quo pacto reatu
ifti directe ac indirete intricatorum nume-
rus insigniter auctus fuit. Docuit even-
tus, quam plurimos ~~et in~~ ^{in cauffa} ~~cauffa~~ ^{receptorum}
fuisse, quos Conjurati, tanquam factionis
sue confcios ac socios, ^{mentem vel malitia} Commiffioni detu-

beant. Dñs Iudexq̄ noster primarius, Gene-
rosus D. Michael Bathori, et alter e duobus No-
tariis, nimirum D. Stephanus Literati, cum me-
rito jam tum Senatore, ~~posthonesto~~ Sena, Dño
Francisco Pápai, multis annis Notarij officio hoc
oppido functi, et alijs aliquot bono fregis
civibus, citati, et sortem diuturne captivi-
tatis experiri coacti sunt.

Cum nos V. Divini Ministri videremus,
ne his quidem talibus parci, noxiosque cum
innocuis eidem funesto casui implicari; di-
es noctesque, perpetuis terroribus exagi-
tati fueramus. Metuebamus quippe, ex pro-
judicio in Religionem facile evenire posse,
ut ~~de~~ Excelsae Commissioni ansa offerretur,
Pastoribusq̄q̄ uterocumque quod ad hanc causam
innocentissimis, quocumque demum modo ali-
quid criminis intentandi. Certe Spectabilis
Dñs Almási S. C. Regi Matris Consiliarius,
qui in hac Commissione Assessor sedebat, ipse
post rem hanc evolutam, nobis referebat,
+ momentum abfuisse, quin nos quoque V. S.
Ministri, citaremur: Sereno enim incidere
poterat facile, nostra saltem opinione, Pasts-
ribus quoque vitio dandum esse, quod Au-
ditorum nonnulli in pravitate illam pro-
lappi fuerint; vel plane non edocti ab
illis, vel saltem non sufficienter, de

+ Er neményiq̄ d'lt. Meri azudvar a biriny duboluxor leveliben a leveliben ellan in elrendelte a
Magdolai. 2 leveler az orvany leveler kancsallatnai a Pápai 1753. sep. 20. ei 22. n. 112. & 154.

obsequantia Subditorum, quam Supremo Impe-
ranti prestare obligantur. Omnino si Cleri
Rom: Catholici arbitrio Commissio directa fuisset;
si item Iudices, Dei, Regis providentia
Excelsa Commissio a studio partium Religio-
nisque alienos non habuisset: proclive omni-
no fuisset, Ecclesiam hanc nostram, eisdem
que Pastores, occasione malorum istorum
periculis quibuslibet exponendi, atque irreti-
endi.

Ego qui hoc scribo pro memoria, in-
genue de me profiteor, nunquam me, ante et
deinceps, ^{per} vite mea dies, tanto tamque frequen-
ti trepidasse metu ac terrore, non ignarus
permultis probis innocentibusque Viris, pra-
sertim Ecclesiasticis accidisse, ut tali
quin levioris longe momenti occasione, tris-
tissima fata, nulla sua culpa experirentur.
Nunquam non recorder certo quodam die ex
agris perorum me cum Coniuge mea Curru
reversum, hisque plus iusto cogitationibus
indulgentem, tantum horrorem obsedisse,
ut quietus ac sedens, sudoribus maduerim.
jamque adeo imaginando, mihi visus eram, domum
me redeuntem fortassis ab apparitoribus ad Com-
missionem citandum expectari.

Hinc ego si potui tantum sperare dolorem.
Virg. an. 4.

Atque haec causa fuit, que me permovit, ut

vulgare quoddam Carmen, tam Latino quam Hungarico
idomate componerem, in quo et fatalis huius eventus His-
toriam exhiberem, et nostram reliquorumque oppida-
rorum culpa hac carentium innocentiam testatam fa-
cerem. Audiebamus quippe univeros fere Regnico-
las, praesertim Regni Proceres, ex horrore tanti
mali toti nostro oppido succensisse, et ut fieri con-
suevit culpam perduellium, omnibus civibus adscribas-
se; nam certe omnis ovis experientia docuit, pessime
audisse, societatem talem, e cuius gremio Pestes
istiusmodi Republica et pacis publica turbatores
exorti sunt.

Vicina Regia Civitas Regediensis, a nostro
oppido moribus, institutis, praesertim Religione diversa,
non parva dedit alienissimifui ob hoc factum
ab oppido nostro animi indicia. Horrenda fue-
rant quae vulgus ibidem incautum de oppido no-
stro spargebat, ^{nimirum} iam illud propediem totum demoli-
endum; incolas omnes suis facultatibus exuendos;
Senatores quot quot sunt ad unum, sacrificis
manu divi supplicis plectendos.

Nonnullo die, Templo egressi, Stabamus
pro more cum C. D. Collega pro foribus Cincru-
ra Oratorii nostri, cum versus nos gressum mo-
ventem, adhuc nonnihil remotum, observaba-
mus Vixum quendam, caetera perhonestum Re-
gediensem, Dñm Mosen Kis. Is ubi aces-
sit, mirabundus et motato capite dicebat
nobis, se summopere mirari; simulque leta-
ri, quod nos adhuc domi liberos et nosseis

officiis vacantes videre valeat. Jam enim Regedi
ni fere omnibus creditum fuit, prorsumque in vulgus,
quin sibi maximis multorum obsecrationibus ac iura
mentis fuerit adseveratum, et quidem a talibus, qui
suis oculis vidissent: Pastores Ecclesie utrosque
hoc et hoc die plastro cuidem ignominiose injectos,
eorumque manibus carpo tenus hinc inde lateri
bus plastro clavis ferreis affixis, hunc in
modum inter miserandos epulatos Budam fuisse
avectos, supplicis ^{ibidem} adficiendos. adeo ut nulla
injuria ad hoc accomodare possim Verba Virgij-
Onco. 2. N. 361, 362.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lachrymis equare labores?

Hæc inquam et multa huius generis alia me adduxe-
runt, ut Carminibus istis, qualia ratio nostra
legere avert, afferros et efferatos multorum
animos quantumpotè lenirem, simulque demonstra-
rem ab exemplo aliquot requissimorum hominum
non faciendam esse conclusionem ad omnes reti-
quos oppidanos, a scelere isto nimium quantum
abhorrentes; neque esse Primores huius Eccl-
siae adeo bardos et hebetes, qui, quid distent
a lupinis discernere non possent: Quin imo
ratione et revelatione adoctos, sive, DEI
timorem et Reverentiam Regis junctim
monente S. Petri Apostolo Christiano esse
Religionis gravem et indispensabilem ser-
tentiam, prorsumque et pessimam.

40

Vulgares isti Versus, de quorum Scriptorum
occasione Superius monui, Latine isti sunt,
qui ve omnia que multo meo labore de anti-
quis oppidi huius fatis Sciri poterant, continent.
Facile mihi fuisset, jam quidem Veterano Poeta
alio, eoque nobiliore genere Carminis rem hanc
expedire; Sed Scopus erat unice eo intentus,
ut a quolibet etiam simplicissimo intelligerentur.

EXORDIUM.

- 1 Scelus, quod e Noctis nonnulli patravunt,
Proh! nefandum factum, quod hi attentavunt
Eloquar: detestans quod isti amarunt,
Quos Iudices aequi iam iam vindicavunt.
2. Scopus est: cedere sic horrorem facti,
Iudicii famam servare peracti,
Renovare Sacri memoriam pacti
Post Reges beatos cum REGINA acti.
3. Incola Sum loci, e quo nebulones
Orti; et ex vite nascuntur Stolones.
Ubi grex ovium: hic Lupi, leones.
Et in orbe culto sunt baridi Iappones.
4. Abstergo quam possum hanc maculam gentis;
Non est hoc macula cuiusquam Ingentis;
Non Prolatus, Daxo, Nobilis; sed Lentis,
Fex populi erat tam impia mentis.